

TRACTATVS

ADIPISCENDAE POSSESSIONIS,

quæ ex Iure Ciuali defertur,

Interdicti, seu Remedij QVORVM BONORVM,
quod à Prætorio iure introducitur,

AC PETITIONIS HAEREDITATIS,

Omnium utilissimi, elegantissimiq; , tam ijs, qui in scholis ius ciuale
proficentur, quam ijs qui in iudicijs versantur, pernecessarij.

Nunc primùm editi.

Achille Personalis I. V. C. Mirandulano Auctore.

Cum Indice rerum, ac verborum locupletissimo .

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

APVD FRANCISCVM ZILETTVM.

M. D. LXXIIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

TRACTATVS

OMNIVM, QVI ADHVC EDITI SVNT,

UTILISSIMVS IVXTA, AC FREQVENTISSIMVS

ADIPISCENDAE POSSESSIONIS,

iuxta l. fin. C. de edicto D. Hadri. toll.

D. ACHILLIS PERSONALIS,

MIRANDVLANI,

I.C. CLARISSIMI.

*In quo quidem tractatu omnia, quæ ad acquirendam possessionem
pertinere videntur fusissime, clarissimeq; explicitantur.*



E F V N C T O Testatore plura
hæredi remedia in testamento
eius vniuersaliter instituto, pro
testatoris hæreditate consequen
da, eiusq; iura competunt, inter
que t. cætera imprimis sese illud
offert famigerabile possessionis
remedium adipiscendæ à iure ci
uili proueniens, quod est remedium l.f. C. de edicto D.
Adr. toll. vt dicit gl. in §. restitutoria, in verbo Bonorum
possessori, Inst. de interd. Arct. in §. quadrupli, num. 25.
Inst. de act. Zuccard. in d.l. fin. num. 385. quare primo
igitur tractabo dictum remedium tanquam magis pra
cticabile, deinde alia duo particulariter remedia, quæ
hæredi quoque sunt perutilia, vt successiū ex infradi
cendis in eis tractatibus ordinarie liquidò patebit.

Et tu hæredis procurator primò aduertas, vt id scias
et hoc

A reme-

FREQVENS
TRACTATVS
INTERDICTI
QVORVM BONORVM,
D. ACHILLIS PERSONALIS,
I. C. MIRANDVLANI.

TRACTATVS
DE PETITIONE HAEREDITATIS,
D. ACHILLIS PERSONALIS,
IURIS CONSULTI
MIRANDVLANI.

547



ECLARATO, finitoq; tractatu interdicti quorum bonorum, & t quomedo in iudicio deducatur, practicaturque, nūc superest quōd materiam petitionis hæreditatis tractem, que multis in casibus cum interdicto quorum bonorum conuenit, quamuis in plerisque quoque casibus differat, glosst, & ibi Scribentes, in rub. C. quor. bon. Bar. in l. r. nu. 4. ff. quor. bon. Sali. in l. r. num. 10. C. eo. tit. conuenitq; etiam in hoc, quod sicuti quorum bonorum hæredi tam ex testamento, quam ab intestato succedenti competit, ut in præcedenti tractatu dixi, ita & petitio hæreditatis, rex. est cum glo. in l. r. ff. de pet. hæred. Pract. pap. in forma libell. pro hæred. ab intestato in glo. 1. nu. 1. & ut infra satis plene dicam: nu. 406. fol. 346.

548 ¶ Petitioq; hæreditatis sit, ubi reus domicilium habet, licet res hæreditariae ibi non repertiantur, ad differentiam possessorij adipiscendæ, l. unica c. ubi de hæred. agitur, & ibi glo. Bar. Bal. Sali. & Ang.

549 ¶ Et libellus in hæreditatis petitione hoc modo formatur, dico, quod necesse est, ut actor narret, Gaium patrem suum de tali mense & anno ex hac uita migrasse, & Ec se illius